

2. Arg.

Secundo, nulla dantur accidentia inseparabilia à subiecto: ergo antecedens probat: nam nigredo à coruo; calor ab igne; frigiditas ab aqua; & alia similia; quæ accidentia inseparabilia dicuntur; possunt per Dei potentiam à suis subiectis separari: ergo: &c.

1. Nota.

Pro intelligentia notandum primo, quod hæc diuisio est per membra realia. Vnde accidens separabile est illud, quod facilius à subiecto separari potest: ut feno à sedente: inseparabile vero, quod non de facili potest per naturam separari: ut nigredo à coruo: potest tamen per diuinam potentiam separari: vel saltem subiectum sine ipso esse.

2. Nota.

Secundo notandum, latum esse discrimen inter habere causam per se, & habere causam necessariam: illud enim, quod habet causam per se, habet etiam causam necessariam: sed non e contra: habere igitur causam per se, & necessariam, est semper effectum poni, posita causa; & habere cum illa realem identitatem; ac ab eius principiis essentialibus dimanare. Habere autem causam tantum necessariam est effectum causam concomitari necessario; non necessitate quidditatiua, & essentialis; ita ut à quidditatiuis principiis pullulet; sed necessitate secundum quid: & hoc modo quantitas habet materiam pro causa necessariam: & accidentia communia: cum tali tamen causalitate, & necessitate: est distinctio realis effectus à causa; atque realis separabilitas: non autem cum prima.

Conclusio.

Dicendum: diuisio tradita est sufficiens: probatur: quia tota communitas diuisi per illam explicatur: hoc est enim diuisi aliquid commune; nempe, ut eius communitas per membra diuisoria à posteriori manifestetur: sicut essentia à priori per definitionem explicatur: sed ita est in proposito: quia nullum potest esse accidens, quod non sit, aut separabile, aut inseparabile: modo præposito: igitur, &c.

Ad argu.

Ad argumenta: ad primum patet per notabile secundum, & ad secundum per notabile primum: & clarius ex questione sequente patebunt.

ARTIC. II.

An inherencia sit essentia accidentis realis?

1. Sentent.

EX primo membro distinctionis data à Doctore de ly inesse: in quo dicit sumi prime intentionaliter; & ut sic conuenire accidenti reali; de quo dicitur 7. Metaph. Accidentis esse est inesse: oritur Articulus iste, circa quem est prima sententia D. Thomæ opuscul. de ente, & essentia cap. primo, quem sequuntur Caiet. ibidem Iabellus 7. Metaphisic. quæst. 1. & alij discipuli ibidem; alij in præsentia, quorum infinitus est numerus: asserentes inherenciam aptitudinalem esse de essentia accidentis realis, & communis: probant primo ex definitione tradita, in qua accidens per inesse subiecto diffinitur: & alibi sæpe appellat Philosopho

1. Argum.

plus accidens ens; id est substantia ens: ergo aptitudo inherendi substantiæ est accidenti essentialis.

2. Argum.

Secundo, esse per se, & esse in alio, sunt modi intrinseci, ille substantiæ, & iste accidentis: sed esse per se aptitudinaliter est essentia substantiæ: ergo esse in alio aptitudinaliter erit essentia accidentis. Ita Rubius, & Murcia, in præsentia.

3. Argum.

Tertio, arguit Murcia: quando accidens reale diffinitur: diffinitione essentiali diffinitur: sed diffinitur per ordinem, ad subiectum: ergo inherencia aptitudinalis, quam dicit ad illud, erit de eius essentia.

4. Arg.

Quarto, nam ex opposita sententia sequeretur, ens esse uniuocum ad substantiam, & accidens: quod est falsum: sequellâ probat: quia si accidens non dicit necessariam dependentiam ad substantiam, tanquam ad illud, in quo existit; existeret per se: & ita posset abstrahi ab illo, & à substantia, vnus conceptus uniuocus, tanquam à per se existentibus: igitur.

5. Arg.

Quinto, inherencia aptitudinalis non est de essentia accidentis, per vos, d. Scotistæ: ergo poterit concipi accidens sine illa. Tunc sic: vel accidens concipitur, ut ens in se, vel ut in alio: non primum: quia tunc accidens esset substantia: ergo secundum: & tunc concipitur cum aptitudine ad inherendum: & ex prima consequentia, concipiebatur sine illa: ergo vel nobiscum sentire debetis: vel contradictio in vestra opinione. Et hoc est fortius pro Aduersarij argumentum.

2. Sententia.

D. Flori.

1. Nota.

Secunda sententia est Doct. in 4. dist. 12. q. 1. & 7. Metaph. q. 1. & omnium suorum ibidem, quos sequitur Sonzinas alterius familiæ Alfinus 7. Metaph. q. 1. pro qua notandum 1. quod hic non loquimur de accidente, ut diuiditur contra substantiam transcendentalem, & Analogice sumptam: nam accidens, ut sic, est commune ad accidens completum, & incompletum: de quo in antepredicamentis: sed intelligitur de accidente completo, & prædicamentali; quod, ut sic, sicut & quodcumque aliud concretum, dupliciter sumi potest: aut formaliter, & pro per se significato: aut materialiter, & pro denominato: hoc secundo modo, idem est, quod quantitas, qualitas, & reliqua, quæ in nouem generibus collocantur: primo modo idem est, quod inherens; & ita accidens pro formali, & inherens: & accidentia (ut ita loquar) & inherencia, idem important.

2. Nota.

Secundo notandum: quod inherencia, formaliter loquendo, est relatio; siue competat accidenti pro per se significato, siue pro denominato: nam implicat intelligi rationem formalem inherentiæ, seu vnionis; quin intelligatur respectus: nisi non intelligatur: (ut ait Doct.) quid per inherencia importetur: importatur itaque per illâ, ordo, & vnio duorum, ex quibus resultat vnus compositum per accidens. Implicat autem, ut vnio tanquam aliquid absolutum intelligatur; sed ut respectiuum: ut optime probat Doct. in tertio, distinct. 1. quæst. 1. lit. A. & ratio est: quia sicut similitudine, simile est simile alteri similita vnione, vnium est vnium alteri vnio: ac per consequens vnio est ratio referendi; & totum suum esse est ad aliud: nam vnio secundum

Doct.

Doct. in 4. dist. 43. q. 1. ar. 1. est cõiunctio entis ad ens: ergo implicat duo entia esse coniuncta, & vnita; quin referantur: quia nihil dicitur vnitum sibi; & ad se; sed alteri, & ad aliud.

3. Nota.

Tertio notadum: quod hæc inherencia, seu accidentalis vnio, ex Doct. 7. Metaph. & 1. Post. q. 30. est duplex: actualis, & aptitudinalis: rursus actualis adhuc est duplex: alia est in actu actualitate essentia; & est vnio accidentis cõ subiecto secundum eorum esse quidditatiuū, ut ab existentia abstrahitur: & hæc vnio est albedo in cõmuni, & substantia in cõmuni, vnitum, ex quibus resultat substantia alba in cõmuni. Alia est vnio actualis actualitate existentia singularis, qua hæc albedo cõ hæc substantia vnitur; & hæc substantia alba cõponitur. Inherencia aptitudinalis est vnio potentialis accidentis cõ subiecto, quam accidens à subiecto separatum adhuc includit.

4. Nota.

Quarto notandum ex Doct. 7. Metaph. ut supra: quod aliquid esse de essentia alterius stat dupliciter: vel quod sit de essentia; id est de cõceptu quidditatiuū essentia in primo modo: vel de essentia, tanquam id essentialiter, & radicaliter, & ab essentia dimanans: & in hoc sensu loquitur Doct. 1. Post. ut supra: quando ait; inherenciam aptitudinalem esse de essentia accidentis.

1. Conclusio.

Dicendum primo, subiectum non est de essentia accidentis, quomodo eque consideretur accidens: hæc est Doct. in 4. ut supra: & de accidente pro formali: probatur: nã terminus, ut terminus, non est de intrinseca ratione relatiui: sed accidens, ut sic, est relatiuū, & subiectum est eius terminus: ergo subiectum nõ est de eius quidditate. Minor patet: nã accidens pro formali, & inherens, idẽ importat; sed inherens, (ut vidimus) est relatiuū: ergo.

De accidente pro denominato, etiã probatur: quia dato opposito: homo albus nõ esset vnus per accidens; cõtra Philosophum 5. Metaph. tex. 13. & 14. patet sequella: quia addendo aliquid alicui, quod est de eius essentia, nõ fit vnus per accidens: maxime si illud, cui additur, est ens, per se: sed si subiectum est de essentia accidentis; & accidens sit vnus per se: quia ens per se in nouem genera diuiditur: sequitur: quod ex vtroque fit vnus per se: & non per accidens.

Cõfirmatur: nã si oppositum esset verum: accidens non diffiniretur per substantiã per additamentum: ut vult Philosophus 7. Metaph. tex. 17. & 19. patet: quia nihil diffinitur ex additione; vbi nihil ponitur extra eius essentia: ergo si subiectum est de essentia accidentis nõ diffinitur accidens per additum: vel si sic diffinitur: subiectum extra eius essentia erit. Alias rationes vide apud Trombetam 7. Metaph. quæst. 1. §. quantum ad secundum.

2. Conclusio.

Dicendum secundo, si accidens pro formali sumatur, inherencia est de eius intrinseca, & formali ratione in primo modo. Hæc est Doct. oritur, ut supra: & probatur: implicat intelligere relatiuū, ut sic, absque relatione: sed accidens, ut sic, est ens relatiuū: ergo implicat illud intelligere absque sua ratione constitutiua, quæ est inherencia: inherens enim formaliter ab inherencia dicitur.

3. Conclusio.

Dicendum tertio, si accidens pro denominato sumatur; siue sit absolutum; siue respectiuum, prout rationem induit accidentis; neutra inherencia,

siue actualis, siue aptitudinalis sit; est de illius essentia in primo modo. Est etiam Doct. & suorum ut supra: & probatur primo de inherencia actuali, respectu accidentis absoluti: nullum accidens absolutum requirit subiectum ad suum esse simpliciter; nec in ratione termini; nec in ratione dependentia in aliquo genere causæ: ergo esse in subiecto, seu inherere actualiter, non est de talis accidentis quidditate. Antecedens probat de subiecto in ratione termini: quia tunc non esset absolutum, ut absolutum. De subiecto autem in ratione dependentia patet: dependentia essentialis est illa, qua aliquid sic dependet, quod non potest esse, nec intelligi; sine eo; à quo dependet: ut dependentia creaturæ ad Deum; & compositi à partibus ipsum intrinsece componentibus: sed accidens absolutum non ita dependet à subiecto; ut subiectum ipsum componat, tanquam causa materialis, vel formalis: nec dependet ab illo, ut à causa efficiente, vel finali: quia istarum causalitates Deus supplere potest: ergo cum ad sui esse actuale nullatenus dependeat à subiecto; inherencia actualis non erit essentia illius.

Secundo probatur de inherencia aptitudinali: quia tunc absolutum esset formaliter absolutum; & formaliter respectiuum: quod implicat: ergo. Probat maioris sequellam: qualibet inherencia est formaliter relatio; ergo tribuit suum esse formalem illi, cuius est essentia: ergo si est de essentia accidentis absoluti, constituit illud formaliter relatiuum: & cum ex se sit etiam formaliter absolutum: sequitur: quod albedo, v. g. erit formaliter absolutum; & formaliter relatiuum.

Respondent Rubius, & Murcia: quod inherencia formaliter non est respectus: sed abstrahit ab absoluto, & respectiuo.

Contra: quidquid abstrahit ab absoluto, & respectiuo, conuertitur cum accidente, quod est diuisum in hæc duo membra: ergo sicut accidens contrahitur ad esse absolutum, & respectiuum: ita & illa inherencia contrahetur: ergo sicut accidens absolutum est ad se, & relatiuum ad aliud; ita inherencia alia erit ad se, & alia ad aliud: sed implicat aliquam inherenciam esse ad se: quia nihil sibi ipsi, sed alteri, inherere dicitur: ergo omnis inherencia est ad aliud: sed cum accidens; ut est cõmune ad absolutum, & respectiuum; non sit formaliter ad aliud; nec & inherencia, quæ cum illo conuertitur.

Præterea: si inherencia abstrahit ab absoluto, & respectiuo; tunc nec erit ad se, nec ad alterum; sicut & ipsum accidens: sed omnis inherencia quomodo eumque consideretur, semper intelligitur ad aliud: ergo non abstrahit ab absoluto, & respectiuo. Minor probatur ultra illa, quæ not. 2. diximus: illud est formaliter respectus quod absque termino intelligi nõ potest: sed inherencia est huiusmodi: nã inherere nihil est aliud in præsentia, quã cõiugii: quia ut Grammatici aiunt: inherere cõ datiuo constructum est alteri coniugii: sed illud, quod cõiugitur necessario respicit aliud, cui cõiugatur: ergo inherencia est respectus, cui cõiugatur: ergo inherencia est respectus: quæ autem relatio sit, vide Doct. in quarto, ut supra

dicens

dicens, esse relationem extrinsecus aduenientem.

Te. tio probatur conclusio de accidente respecti- no, qua enus accidētis in comuni ratione induit: in omni eo, quod refertur, est assignare aliquid, quod per se primo refertur; & aliquid, quod de- nominatur, & fundamētaliter, refertur; & princi- piū, seu ratione referēdi. Exēplū: in patre; quod per se primo refertur, est pater; fundamētū est Petrus; ratio referēdi est paternitas. Et hoc vult Augustinus 7. de Trinit. cap. 2. & 3. vbi ait: omne, quod relative dicitur est aliquid excepta relatione: unc sic: sed inhærentia, siue actualis, si- ue aptitudinalis accidentis respectiui; vt est acci- dens; est formaliter respectus: ergo accidens res- pectiuium est aliquid, præter talem inhærentiam; sed illud, quod est tale, secundum suum concep- tum præter aliud, non includit illud aliud tan- quam aliquid de essentia sui in primo modo: ergo accidens respectiuium; vt accidens est: non in- cludit inhærentiam in conceptu suo: igitur, &c.

4. Conclu.

Dicendum quarto, inhærentia aptitudinalis est propria passio cuiuslibet accidētis pro denomi- nato. Hæc est Doctoris locis citatis: & probatur: illud est propria passio alicuius subiecti, sub cuius opposito implicat intelligi ipsum subiectū: & quod de ipso demonstratur: sed inhærentia aptitudinalis est huiusmodi, respectu accidentis pro denominato: ergo. Minor ostēditur: nā impli- cat intelligi aliquid accidens pro denominato sub opposito inhærentiæ aptitudinalis. Et quod demōstratur patet per Arist. in posterioribus vbi inesse cōcludit de accidētibus. Et secundū hanc conclusionē intelligitur Arist. quando ait impli- cationē esse posse accidēs sine subiecto reperiri.

5. Conclu.

Dicendū quinto, inhærentia actualis non est passio accidētis absoluti: bene tamen accidentis relatiui, prout relatiuum est. Quoad vtrāque par- tē est Doct. & quoad primā patet: nā passio, ex præcedētibus, per nullā potētiā potest a subie- cto separari; nec ē cōtra: sed accidens de facto in admirabili Eucharistiæ sacramēto reperitur sine actuali inhærentia: ergo hæc nō est passio illius.

Cōtra: si actualis inhærentia nō esset aliquo mo- do de essentia albedinis; sequeretur processus in infinitū: igitur, Patet sequella: albedo, vel inhæ- ret per se subiecto; vel per aliud a se realiter di- stinctū: si primū: ergo actualis inhærentia est de essentia albedinis aliquo modo. Si secundū: in qui- rō de illo alio: aut inhæret per se, aut per aliud rea- liter a se distinctum: & sic, vel dabitur processus in infinitum, vel dabitur, quod albedo inhæ- ret seipsa actualiter; aut per aliquid sibi identifi- catum; cum necessario illud vltimum, seipso, aut per aliquid sibi identificatum, inhærenter debeat.

Secundo, respectus accidētis ad subiectū nō est minus idē accidētī, quam respectus creaturæ ad Deū; imo intimior: sed iste est idē realiter creatu- ræ: ita vt implicet, creaturā esse, Deo nō existen- te; ergo similiter implicabit accidēs esse sine subie- cto. Maior probatur: quia creatura non diffini- tur per Deum: sicut diffinitur accidens per subie- ctum: ergo, &c.

Ad primū dupliciter respondeo: primo quod albedo inhæret subiecto inhærentia a se realiter distincta: & illa inhærentia inhæret seipsa: & ibi

est standū ratio: quia omne per accidens debet, reduci ad per se teste Philosopho 2. Physic. tex. 66. in exemplo de causis per se, & per accidens: & cum albedo actualiter inheret, sit per accidens; & ratione inhærentiæ, quæ per se inheret: sicut si similitudo per se est similis: ideo in hac secunda standum est. Et hoc est verū: maxime si effectus formalis prædicatur de causa formalis; & idē pos- sit seipsum denominare: sicut in istis cōcedit Do- ctor: calor calefacit: calor caler. & in trāscēditib⁹: ens est entale. Videatur in 1. dist. 3. quæst. 3. ideo non in prima; sed in secūda, cū sit per se; statur.

Secundo respondeo, cū comuni solutione: quod in principijs formalibus deueniendū est ad illud, quod sit ita, quō vt nullatenus possit esse, quod: vnde inhærentia non inheret; sed est ratio inhæ- rendi: sicut albedo non est alba; sed est illud, quo mediante aliquid est album: & ideo si inhæren- tia dicit aliquam habitudinem, talis habitudo est idem sibi realiter: & ibi est sitendum.

Ad secundum, nego maiorem: quia essentia- lior est dependentia cuiuscūque effectus ad pri- mam causam, quæ virtualiter, & eminenter, con- tinet causalitatem causæ secūdæ; quā dependentia accidētis ad subiectū: cū subiectū solū sit causa se- cūda: & ideo implicat creaturam esse sine Deo: quia ab illo essentialiter depēdet: non vero impli- cat secundū: quia ibi nulla est depēdētia essentia- lis. Et si diffinitur per subiectū; ideo est: quia acci- dēs informat ipsum; estque illius perfectio: & cū perfectio nō possit perfecte ac distincte intelligi cōceptu quietatiuo; nisi intelligatur illud, cuius est forma: propterea terminus respectus cadit in diffinitione fundamētis; cū sit perfectibilis per ta- lē formā, quæ est fundamētum respectus: & hoc tam in formis substantialibus, quam accidentalibus. Sed quia Deus non informat creaturam; nec ē contra: ideo non est necesse, vt creatura pro subiecto sumpta per Deum diffiniatur.

Secunda, pars ostēditur: supponendo primos quod in paternitate, v. g. duplex habitudo repe- ritur: prima ad subiectū; & explicatur per esse, in- alia ad terminū; quæ dicitur esse, ad hanc secūda est de quidditate eius in primo modo: de prima vero procedit hæc secūda pars, quæ sic probatur.

Ille respectus est realiter identificatus funda- mento, ac illius passio propria, sine quo implicat fundamētū esse ex natura fundamēti: sed impli- cat accidēs relatiuiū esse sine inhærentia actuali, ex natura ipsius accidētis: igitur talis inhærentia esse eius propria passio. Minor patet: quidquid est es- sentialiter habitudo inter duo extrema necessa- rio ad sui esse requirit illa extrema: ergo sicut tol- lere terminū ad quē, est tollere respectū: sic tolle- re fundamētū, est tollere respectū: ac per conse- quēs, accidēs relatiuiū in actu necessario requirit esse, in, & inhærentiam actualem: igitur, &c.

Al primū.

Ad argumenta: ad primum quod diffinitio illa est descriptiua data per propriam passionē. Ad aliud dico: quod nunquam Philosophus di- xit: Accidentia non sunt entia, nisi quia entis: sed ex eo dicuntur entia: quia eius, quod hoc pacto est ens. Vel vt alia translatio habet: eo quod tota- liter entis, in quibus verbis non vult negare acci- dentia esse ex se entia: sed esse entia posteriora in ordine

ordine ad substantiā, quæ est prior. Quare ea par- ticula, eo quod, denotat causalitatem causæ efficiē- tis; vel materiæ in qua: & sic nihil cōtrarios probat authoritas. Vide Doct. in 4. vt supra lit. G.

Ad secundum.

Ad secundum dico: quod esse per se non est ratio constitutiua substantiæ; sed illam iam con- stitutam præsupponit, tanquam naturam, cui talis modus debetur: & idem dico de esse in alio, respectu cuiuslibet accidentis: maxime si esse in alio dicat negationē aptitudinis ad esse dū per se.

Ad tertium.

Ad tertium distingo antecedēs: de diffinitione quidditatiua simpliciter nego: de quidditatiua per additamētū concedo antecedēs: & nego con- sequentiā. Vel absolute antecedēs negatur: quia secundū D. Tho. in quarto dist. 12. q. 1. art. 1. talis diffinitio est descriptiua: vt nos fatemur.

Ad quartum.

Ad quartū, nego sequellam: ad probationem dico: quod cōcipitur, vt ens per se per se, & ad se: Accidens autem absolutum est ens ad se: & ideo nihil cōmune vniuocum potest ab illis abstrahi.

Ad quintum.

Ad quintū, concedo consequentiā. Ad probatio- nem dico: quod cōcipitur, vt ens per se per se ita- te tertij modi, solitarie; & absque habitudine ad aliud: & cū dicitur, vt sic, esse substantiā: negatur: quia ens per se, quod est substantia, est illud, cui repugnat inhærenter accidens, quatenus sic per se consideratur, non dicit talem repugnantiam.

Sed contra: quia hæc solutio seipsam destruit; & oppositum conclusionis probat: nam omne il- lud, cui non repugnat sic inhærenter, est aptum na- tū inhærenter: sed accidētī in tali præcissione nō re- pugnat inhærenter: ergo aptū natū est inhærenter.

Respondeo: quod aptitudo ad inherendum est duplex: altera fundamētalis, & remota: & est ipsamet naturæ accidentis realiter, & formaliter. Altera formalis, & propinqua: & est respectus ip- si nature additus constituens illam in esse forma- li ad elicendum actum sibi correspondētē. Exē- plum patet in homine albo: nam aliter homo, vt homo, est aptus diligere visum: & aliter, vt est albus. Primo modo est aptus aptitudine remota: id est sibi nō repugnat licet nunquā ponatur sub albedine, & in potētia propinqua: secundo mo- do est aptus formaliter, & in potētia propinqua. Sic in proposito: natura illa sic considerata est ap- ta inhærenter aptitudine remota: sed cōsiderata cū aptitudine formali est in potētia propinqua: & hanc non esse de essentia accidentis affirmamus.

Secundo, ad probationē nego maiorem: nam Ma- thematicus considerat quantitatem: quin eam, vt ens in se, aut in alio consideret: cum hoc ad Meta- physicū pertineat secundū trinam dimensionē.

ARTIC. III.

An diffinitio tradita à Porphyrio sit se- cunde intentionaliter intelligenda?

1. Sentent.

Prima sententia est Patris Rubij in hoc cap. affirmantis prædictam diffinitionē esse primē intentionaliter sumendam; realique accidenti conuenire. Probatur primo, Porphyrius explicans primā diffinitionē nō esse diuisioni cōtrariā: tradidit diuersos mo- dos separationis accidētis a subiecto: scilicet, rea- le, & per intellectū: sed hoc nō esset necessariū;

1. Argum.

si diffinitio per prædicari, seu nō prædicari, intel- ligeretur: nā prædicatio separationē dicit per in- tellectū; si sit negatiua: ergo de inhærentia rea- li, & nō de intentionali, diffinitiones intelliguntur. Secundo, diuisio alicuius diuisi, & eius diffi- nitio, debent esse eiusdem rationis: sed diuisio da- tur per membra realia: ergo, & diffinitio debet esse accidentis realis.

2. Arg.

Dicendum: diffinitiones traditæ de accidente secunde intentionaliter à Porphyrio datur: hæc est Doctoris in littera: & debet esse communis: & probatur primo. Logicus agit de secundis in- tentionibus applicatis primis: sed Porphyrius dif- finit hic accidēs: prout contra alia prædicabilia distinguitur; quæ omnia (vt vidimus) Logice, & secunde intentionaliter, diffiniuit: ergo hæc ac- cidens etiam Logice diffinit. Quare si hæc diffi- nitio potest intelligi (vt explicatur à Doctore) de accidente reali intelligere debemus.

Conclus. Doctoris.

Secundo, Porphyrius debuit hie diffinire om- ne accidens huius prædicabilis: sed si diffinitio realiter intelligatur, non conuenit omnibus: & Logice loquendo conuenit ergo Logice intelli- gi debet. Minorem probonam non conuenit ali- quibus prædicatis substantialibus, quæ (vt dixi- mus) ad hoc prædicabile spectāt; & nullo modo realiter inhærent: cū sint substantia: ergo nō pri- me, sed secunde intentionaliter secundum Por- phyrium diffinitiones traditæ capiuntur.

Ad argu.

Ad argumenta dicendū: quod Porphyrius, vt melius naturā secundarum intentionum nos doceat, solet in primis exemplificare: vt capite de genere fecit: & ideo in præsentī accidens per membra realia diuisit, vt facillius applicabilitatē huius prædicabilis penetraremus: quod insinua- bit statim exemplificans de separabilitate per in- tellectū, quæ, scilicet subiecti essentia, de ipso fieri potest. Et per hoc ad secundum, maior enim est vera: quando diuisio non datur exempli causa; si- cut in proposito datur.

Ad secun- dum.

ARTIC. III.

An prædicta diffinitio sit conuenien- ter data?

Vt Doctoris littera pateat, hanc Art- iculū sub eodē quæstionis titulo moue- re decreuimus: partem negatiuam pro- bat Doctor nonnullis argumentis to- picis, seu communibus, non solum istam, sed aliā quæ eamque diffinitionem impugnare valenti- bus: Primo, quia datur per copulationem; contra Philosophum 6. Topicorum; cap. 13.

1. Argum.

Secundo, quia nō datur per genus, & differētiā: cōtra Philosophū 6. Top. c. 4. & 7. ac 8. Metap.

2. Argum.

Deinde tertio, arguit per media propria con- tra primam particulam; scilicet, adesse, & abesse: tum quia adesse, & abesse, competunt rebus ex- tra; & nō intentioni, quæ hic debet diffiniri: tum etiam quia talia non sunt vniuoca, qui- bus intentio accidentis est vniuoca: quod est contra rationem diffinitionis: quia æquiuo- cum pro subiecto; sicut nec diffinitur; ita nec diffinit: & etiam quia inconuenit, diffinitum de

3. Argum.

aliquo

aliquo vniuocè prædicari; & quod diffinitio vniuocè non prædicetur. Assumptum probatur: nam intentio Accidentis vniuocè conuenit rebus diuersorum generum: non tamen adesse, & abesse: quia Accidentis, sicut & ens; æquiuocum est nouem Prædicamentis: & loquitur de Accidente pro prima intentione; cui conueniunt adesse, & abesse.

4. Arg. Quarto, contra eandem particulam: quid inest alicui secundum eius esse immutabile, necessario inest: sed secunda intentio Accidentis inest, & applicatur fundamento suo, secundum eius esse immutabile, & necessarium, quale est esse cognitum, & obiectum, de quo datur scientia, quæ est de perperis, & necessarijs: ergo talis intentio necessario inest: ergo maledicatur, quod adesse, & abesse.

5. Argum. Quinto, contra particulam secundam: scilicet, præter subiecti corruptionem: nam quantitas homini, & nigredo coruo; & alia Accidentia in separabilia, necessario insunt: ergo non possunt non inesse præter subiecti corruptionem.

Confirm. Confirmatur: quia corruptio est accidens commune: & tamen non adest præter subiecti corruptionem: quia sic, adesset præter se ipsam: quod implicat: ergo, &c.

6. Argum. Sexto, contra particulam, abest; nam destruit quidditatem diffinitio: ergo inconuenienter ponitur in diffinitione: probat antecedens quia si Accidentis abest, sequitur, quod non est: quia Accidentis non est sine subiecto: sequitur etiam, quod subiectum non sit: quia subiectum est correlatiuum Accidentis: & destructo vno, destruitur aliud.

7. Arg. Septimo, si hæc diffinitio est conuenienter data, inest per se diffinitio: ergo accidens per se adest, & abest: ergo accidens per se adest: per regulam à tota copulatiua ad alteram eius partem: tunc sic: adest per se: ergo non potest abesse: patet: quia cui per se conuenit vnum oppositum ab eo omnino remouetur reliquum: & nunquam illi poterit conuenire: maxime quando est perfectas in primo modo: sed adesse, & non adesse, sunt opposita: ergo si adesse conuenit per se accidenti in primo modo; illi non conueniet abesse: & idem dicatur de ly abesse, respectu adesse.

8. Not. Notandum primo, quod subiectum est duplex: Physicum, & Metaphysicum: illud est compositum ex materia, & forma, & quodlibet mixtum ex qualitatibus elementorum: istud vero est ipsa essentia rei, prout habet esse cognitum: primum dicitur tale respectu accidentis realis; appellaturque subiectum inhesionis: secundum subicitur respectu accidentis prædicabilis subiectumque prædicationis nuncupatur.

2. Nota. Secundo notandum: corruptionem dupliciter sumi posse: Physice, & Metaphysice. Corruptio Physica est destructio rei singularis realiter existentis: Metaphysica vero est destructio essentialis: ut essentia est. Ex quibus Titulus Articuli patet: intelligitur enim tantum de subiecto Metaphysico in esse cognitio: & prout est prima intentio obiecti in capax recipiendi prædicationem accidentem: & sic

militer intelligitur de corruptione Metaphysica, & de accidente prædicabili: ita ut sit sensus: an accidens prædicabile possit adesse; id est affirmari; & abesse; id est negari, de subiecto prædicationis, absque destructione essentiali ipsius subiecti. Et hæc explicatio est secundum multorum; etiam ex nostris; placitum. Cæterum, quia adesse, & abesse, aliter à Doctore explicantur.

3. Nota. Notandum tertio, Ex eodem in hac q. 3. vbi sciendum est, prope finem: quod per ly adesse, vel inesse, secunde intentionaliter sumptum, & proprie captum, intelligitur prædicatum non essentialiter, quod est genus in hac diffinitione: & per ly abest præter subiecti corruptionem: intelligitur non necessario, seu non per se inherens subiecto; sed solum contingenter: ita ut accidens sit quod prædicatur de pluribus subiectis accidentaliter contingenter. Cum qua tamen explicatione optime expositio præcedens stare potest: nam prædicatum accidentale contingens optime potest de subiecto affirmari, vel negari, præter subiecti corruptionem: sed expositio Doctoris est melior, & quasi à priori.

1. Conclus. Dicendum primo, omnes tres diffinitiones à Porphyrio traditæ sunt conuenienter assignatæ; solumque verbaliter differunt: patet; nam omnes accidentis conuenientiam contingere ostendunt.

2. Conclus. Dicendum secundo, quælibet istarum diffinitio est proprie, & Logice talis: si recte intelligatur: ita ut huic æquiualeat: Accidentis est, quod prædicatur de pluribus subiectis indiuiduis, in quale accidentale, contingenter. Hæc est Doctoris; & patet ex notab. vltimo; & ex summa textus.

Ad primū & secundū. Ad argumeta: ad primū, & secundū patet: quia per totū illud copulatum circuloquitur genus, & differentia huius prædicabilis: & circuloquitur diffinitione per copulationem, non est inconueniens.

Ad tertium. Ad tertium patet: quod æquiuocatur de ly adesse: quia hic accipitur secunde intentionaliter: & sic vniuocè reperitur, vbi reperitur secunda intentio accidentis.

Ad quartum. Ad quartū, distinguendum est de ly necessario: de qua distinctione iam supra q. 5. vniuoc. art. 2. dictū est: potest enim determinare inhesionem; id est relationem prædicati ad subiectū; quæ per copulā significatur: & vt sic, verū est; quod secunda intentio accidentis necessario inest subiecto: id est comparatur ad subiectū: non vero inest necessario; si ly necessario, determinat inhesionem; id est prædicatū: quia secunda intentio non est ens necessarium: sed contingens: Et hæc solutio Doctoris procedit secundū apparentem efficaciam argumeta: & prout intentio scientificæ consideratur: ut sic, necessario inesse fundamento videtur. Cæterum assumptū negari potest: nam modi intelligendi sunt à fundamentis separabiles: maxime quia dubium est: an fundamenta in esse cognito sint immutabilia: de quo Doctor in 1. dist. 31. quæst. 4. & dist. 8. quæst. vltima.

Ad quintū. Ad quintū dicendum secundū Boetium: quod talia omnia accidentia ad sunt, & absunt per intellectum: licet non secundum rem: vel dico: quod de potentia absoluta possunt realiter adesse, & abesse: vt diximus Art. primo.

Ad confirm. Ad confirmationem per eandem respondetur: nam

QVÆST. III.

Utrum proprium, & accidens, possint dici de aliquo eodem?



VAERITVR: vtrū proprium, & accidens, possint dici de aliquo eodem: Quod sic videtur de omnibus proprijs qualitatibus elementorum:

quia quælibet istarum consequitur formam elementi: igitur est proprium respectu elementorum: & accidentia sunt in mixtis: vt manifestum est. Nec potest dici, quod æquiuocè sunt in his, & in illis: quia hæc, & illa, sunt comparabilia secundum talem quantitatem: vt patet per Aristot. 2. Metaph. vbi dicitur: *Tex. com.* 4. puta ignis calidissimus est: etenim alijs causa hic caloris. Similiter ista propositio, quam intendit ibi per illam litteram, non habet veritatem nisi in vniuocis.

Item, lux in corpore luminoso, & medio, est vniuocum: quia vtrique est actus lucidus: in quantum lucidum: sed in corpore luminoso est proprium: in medio accidens: igitur, &c. Primum patet: quia sequitur immediate formam corporis luminosi: vnde ad diuersitatem formæ consequitur diuersitas lucis: vt patet in corporibus supercelestibus: minor patet: quia adest, & abest, præter, &c.

Ad oppositum: Proprium, & accidens, sunt duæ intentiones oppositæ: opposita non possunt eidem inesse.

Ad quæstionem dicitur: quod quæ sunt opposita respectu eiusdem, non insunt eidem: ideo idem non est proprium, & accidens, respectu eiusdem: quia sic sunt opposita; non est tamen inconueniens respectu diuersorum: sicut idem habet rationem generis, & speciei, respectu diuersorum.

Contra: si respectu alicuius est proprium; respectu illius, non est accidens: quia tunc illi inesset per se, & non per se: nec est accidens alteri: probatur: quia si sic: ergo primo non insunt conuertibiliter; ergo non fuit proprium respectu

R 3 pectum

nam corruptio, absolute loquendo, adest subiecto præter corruptionem ipsius quoad intellectum essentialem eius: potest enim subiectum intelligi sine corruptione, & sub eius opposito, sine repugnantia conceptuum.

Vel potest dici: quod corruptionis; & similitum accidentium; duplex est subiectum: alterum denominationis, & est compositum, quod etiam subiectum terminationis appellatur: alterum est subiectum inhesionis, seu informationis, & est materia prima: quare licet corruptio non adsit subiecto denominationis, sine ipsius corruptione; adest tamen præter corruptionem subiecti informationis: materia enim generatur, & corrumpitur subiectiue, & non terminatiue: compositum vero, è contra.

Ad sextū. Ad sextum, nego antecedens: ad probationem dico: quod sumpto ly abesse, vt nos sumimus; non sequitur; quod accidens non sit: nec inconuenit; quod accidens, & subiectum, sint correlatiua per accidens, & non mutua: vnde potest cognosci subiectum sine accidente: sicut scibile sine scientia.

Ad septimum, distingo de ly per se: nam vel potest determinare copulam verbalem in sensu diuiso: hoc est, non se componendo cum prædicato: quod à Doctore dicitur determinare inhesionem; id est modum inherendi prædicati ad subiectum: vel potest determinare prædicatum in sensu composito: quod secundum Doctorem est determinare inhesionem faciendo cum prædicato vnum per se. Quo posito dico: si ly per se sumitur in sensu diuiso; verum est, accidens per se adesse, & abesse: facit enim hunc sensum: Accidentis per se est adesse, & abesse: id est, adesse, & abesse, conueniunt per se accidenti in primo modo. Si autem sumatur in sensu composito; & vt ly per se determinat prædicatum, falsum est accidens per se adesse, & abesse: reddit enim hunc sensum: accidens commune est accidens per se: quod tantum conuenit proprio. Itaque concedo totum, modo exposito, vsque ad vltimam consequentiam: pro qua notandum: quod totum illud copulatum: per se adesse, & abesse: in sensu diuiso, duplicem habitudinem dicit ad accidens: primam absolutam; prout accidens, secundum se, consideratur: secundam autem prout accidens dicit inhesionem aptitudinalem ad subiectum in communi: primo modo totum copulatum coniuatim; vt dicit aptitudinem; est tota diffinitio accidentis: secundo vero modo, prout accidens dicit ordinem ad subiectum; ly adesse, & abesse; diuisim, conueniunt accidenti: quia impossibile est; quod aliquod accidens possit simul adesse, & abesse, se alicui subiecto.

Nota.

1. Conclus.

2. Conclus.

Ad primū & secundū.

Ad tertium.

Ad quartum.

Ad quintū.

Ad confirm.